

ceno Concilio ponere vocem ὁμοούσιος. Ephesino ἰσοόμοιος asserit. At 1. res ipsa ex Patribus ostensa æquè dubia est. 2. Res vocibus illorum Conciliorum contentæ sunt in Scripturis κατὰ διανοίαν. Probet idem unico verbo de Transubstantiatione Bellarmin. Ad 2. negat omnia fidei dogmata in scripturis contineri, afferendo quæstionem, undè sciat, sacram scripturam esse verbum Dei, quam ex scripturis probari posse negat, quod non solum cum summa perfectione & indubitata certitudine scripturæ verum etiam cum ipso Bellarmin. pugnat l. i. de V. D. c. 2.

14. Ad 3. vocari panem post consecrationem non quod revera sit panis, sed 1. quia ex pane factus. 2. figuram panis retineat. 3. habeat effectus & proprietates panis. 4. quia more hebraico omnis cibus dicitur panis, sicut Manna Resp. 1. Cur Bellarmin. tam levi de causa à litera recedit, contra l. 3. de V. D. c. 3. 2. Neque quicquam nomenti inest his expositionibus. Non 1. propter exemplorum disparitatem, nim. uxoris Lothi Gen. 19. 26. baculi Mosis Exod. 4. 3. aquæ Cananæ Joh. 2. 9. ubi non remanent